

*De Armillis Veterum. 89*

non moveantur cui in rei memoriam hærent appensa. Eodem instituto Natali die offerebantur *armilla Natalitiæ. Plant. Epid. Act. v. Sc. I:* *Armilla Natalitiæ.*

*Non meministi me auream ad te afferre natali die?*

*Lunulam atque anellum aureolum in digitum?*

Quam lectionem quoniam confirmant Manuscripti *Codices*, ut fatetur *Camerarius*, retinentque *Editiones* pleræque; inde facili mutatione *Cl. Meursius* in *arameam* transformat, diminutam ex *armilla* vocem. *Lambinus* autem aliique *inaurem*, nescio quo veterum testimonio, elegerunt. Annulos enim *armillasque* natali die donatas invenio, *inaures* nusquam. Ad *Armillas* *Natalitias* intendit *digitum succino suo Iuvenalis Satyra IX. & Calendis Iani à Clientibus Missitata Spatalia caryotarum cecinit.* *Mar-*